



Totilas ex Gothico sanguine oriundus Tauri
 sium urbē Italiae hæreditario iure obtinebat,
 & res sibi commissas, magna prudentia administra
 bat. Cum is audiret Ildouadū, qui post Vitigitē rex
 Ostrogothorū erat electus, immeritò à suis interse
 ctū, & Ardaricū in eius locum regē creatum, pro
 pinqui sui cædem adeò grauitè tulit, ut iam ad
 hostes transire cogitaret. quæ res ubi indicio con
 pertū fuit, Ardaricus quinto mense regni domesti
 ca fraude occisus, atque Gothicū regnū Totilæ ob
 plurimas animi & corporis uirtutes oblatū est. E
 rant eo tempore multi duces Imperatoris Iustiani
 in Italia, qui Gothorum opibus resistebāt. Inter
 hos Constantianus erat præstantissimus. Is Veronā frustra per insidias oc
 cupare tentans, repulsus est, atq; copias suas Pado traiecit, ut sese in tutum re
 ciperet. Erat tum Totilas Ticini, qui nūciato hostium aduentu, cum suis urbe
 egressus, hostē circa Padī ripam castrametantem offendit. Cum autē ipse uiri
 bus multo esset inferior, stratagemate utendū censuit. Itaq; partē sui equitatus
 præter Græcorum castra ad uiginti stadia equitare, & Trebia fluuiō superato
 in insidijs pmanere iussit, quoad prælio inito hostē à tergo inuadere possent.
 Cessit etiā consiliū ex animi sententia. Nam quamprimū illuxit in aciē utrin
 que descensum fuit. Erat pugna atrox & anceps. quū repente Gothicus equi
 tatus à tergo cum fremitu & clamore exauditus. Hæc res adeò hostem turba
 uit, ut solutis ordinibus, uicti & maiori ex parte occisi fuerint. Tum etiā Iusti
 niani Cæsaris signa, quæ in acie steterant, capta, & ad Totilā relata uictoriā
 hanc multò insigniorem reddiderunt, præsertim cum duplo maior hostiū nu
 merus cū Gothis conflixerat.